Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXIV. De Libellis Famosis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

Visual Library

TIT. XXIV.
DE
LIBELLIS FAMOSIS.

§. CCCI.

Libellus famoſus eſt

Scriptum, quo famoſum crimen alicui obiicitur *, audit *famoſus libellus*, pasquill.

* Olim addi debebat: TECTO AVCTORIS NOMINE C. C. art. 110. FROMMANN *de ſubſcriptione* c. 6. §. 8. Hodie uero perinde eſt, utrum auctor nomen ſuum ſubſcripſerit, nec ne. R. I. de A. 1577. tit. 35. von Buchdruckern §. und ſetzen wir ꝛc. Rokkenbauch d. *de famoſis libell.* th. 20. ſeq. Diſſ. KRESS. ad c. a. §. 1.* 4.

§. CCCII.

ſcriptum iniurioſum, quo

Itaque libellus famoſus (1) in iniuriis ſcriptis eſt, atque (2) non ſolum carmine, epiſtola, ſed & pictura *q*), ſculptili & fuſorio opere &c. *r*), itidem (3) directe & oblique confici poteſt; (4) nihil intereſt, utrum is, in quem confectus, præſens ſit an abſens (§. CCLXXX.), (5) nomine uocatus, digito monſtratus, an certa qualitate circumſcriptus *s*).

§. CCCIII.

crimen famoſum alicui obiicitur.

Ex eodem porro ſequitur (6) ut ille *libellus*,

q) *R. I.* 1577. tit. 35. §. und ſetzen MVLLERI d. *de pictura* c. 4.

r) *Ord. Polit.* de A. 1548. tit. 34. §. 2.

s) HEIG. *qu.* 31. nr. 32.

Landesbibliothek Oldenburg

libellus, quo alicui uitæ genus crimino-ſum *t*), aut næuus ex crimine commiſſo oriundus obiicitur, neutiquam uero ille, quo alicuius animi corporis aut natalium defectus notatur, *famoſus* dici queat.

§. CCCIV.

In ſocietate auctoris famoſi libelli hi ſunt: (1) qui libellum conſcribi mandarunt, conſuluerunt, aut (2) confectum affixerunt, uendiderunt, cuilibet legendum tradiderunt (§. CCLXXXI.) &c.

§. CCCV.

Quia criminis reus ille demum eſt, qui dolo malo deliquit (§. XXXIV,): ſequitur, ut, qui animo ſe defendendi crimen famoſum in ſcriptis obiecit alteri, criminis famoſi libelli accuſari nequeat. Criminis F. L.

§. CCCVI.

Qui libellum famoſum ſcripſit, aut ſcribi fecit dolo malo *, eum eadem pœna manere deberet, qua ſcelus libello obiectum uindicant leges *u*); praxis tamen pœnam fuſtigatione grauiorem dictat rariſſime *x*). Idem iuris eſt circa doloſos ſocios. Speciatim, qui libellum famoſum excuſerunt, omnibus illius exemplis atque iure alios quæ pœna ſit? &

t) Rokkenbauch c. d. th. 14. ſeq.

u) C. C. C. art. 110.

x) KRESS ad c. a. §. 3. * 3.

libros excudendi priuantur, pœnamque pecuniariam ſoluere tenentur *y*).

* Libellus famoſus comburitur. STRVV *de executione in effigie*, & illius auctor, ubi detegi nequit, infamis declaratur. GRANTZ *defens. reor.* p. I. c. 4. m. 1. ſect. 3. nr. 80. ſeq.

§. CCCVII.

quæ illam mitigent uel

Quæ pœna tamen mitigatur, (1) ubi crimen in libello alicui obiectum uel non famoſum uel facile probandum eſt (§. CCLXXIX, 7.); (2) ubi libellus famoſus impetu tantum ſcriptus aut culpa diuulgatus, uel (3) dolo quidem malo confectus, cum aliis tamen non communicatus, eſt.

§. CCCVIII.

exaſperent cauſæ?

Contra iudex, quæ pœna irroganda ſit? arbitraturus attendere debet (1) *dignitatem* illius, contra quem, & (2) *ſanctitatem* loci, quo adfixus eſt libellus famoſus, nec non (3) *qualitatem damni*, ſi quod libello famoſo datum eſt.

§. CCCIX.

Libellus famoſus per ſe iudici non facit fidem de commiſſo, quod alicui obiicitur, crimine, multo minus iuſtam cauſam dare poteſt inquiſitioni.

TIT.

y) *R. I.* de A. 1530. §. Und nachdem & de A. 1541. §. Ferner haben wir befunden.

Landesbibliothek Oldenburg

TIT. XXV.
DE
INIVRIIS CORPVS AFFICIENTIBVS PRAESERTIM DE ALAPA ET VVLNERIBVS.

§. CCCX.

Qui alii inflixit alapas, reus eſt iniuriarum, &, ſi dolo malo illud fecerit, *criminis iniuriarum.* Contra (1) qui nimio amore ducti amaſiæ, aut (2) alii iocandi, ſe ſuaque bona z) defendendi, uel corrigendi & emendandi animo, aut (3) buccas percutiendas ſponte præuioue pacto præbentibus, aut (4) iis, a quibus uocati ſunt mendaces, & cætera *a*) &c. inflixerunt alapas: criminis iniuriarum uix erunt rei. Alapæ inflictæ

§. CCCXI.

Qui alicui inflixit alapam, regulariter pœna & mulctam ſoluere, & alicubi alapam aliam a carnifice pati *b*), tenetur. Quoties uero delinquentis malitia paret ſingularis *c*), aut iniuriati dignitas ſumma, aut locus delicti ſanctus eſt priuilegiatusque, aut alapæ plures diuerſo tempore inflictæ *d*): toties

z) STRYK d. *de alapa* c. III. nr. 5.

a) Id. c. I. nr. 6-8.

b) Id. c. IV. nr. 63.

c) Id. c. IV, nr. 44.

d) BERGER *El. Iur. Cr.* p. 90. MATTHAEI *de crim.* p. 135.

Landesbibliothek Oldenburg